

1849

H O M I L E T I C I

1850

*beatissimi christi martyris laurentii festiuitate &c.*

*Item in nat. sancti laurenti in die. Nisi granum frumenti cadens in terram &c. Job. 12. Hom. Saluator noster fratres dilectissimi discipulorum animos ad passionis suae seclanda uestigia &c.*

Habet praeterea venerandus ceterum hic Codex illud incommodi, quod compactoris vitio turbata sint folia.

## DCCLXVII.

R. 3349 Codex membraneus lat. Sec. XIII. Folior. 56. 8. min. luculentè et eleganter exaratus, minioque distinctus continet Sermones VIII. qui sunt: *Sermo in aduentu domini. Init: Propitia Diuinitate karissimi iam adueniunt dies &c. Alius Sermo. Nempe in Adventu. Init: Sanctam et desiderabilem et gloriosam ac singularem sollempnitatem &c. Sermo in Natiuitate domini. Init: Audistis fratres quemadmodum nobis beatus euangelista &c. Sermo in Epyphania domini. Init: Sollempnitas hodiernæ diei ab apparitione nomen accepit &c. Sermo in Purificatione S. Mariæ. Init: Purificationem beatæ uirginis hodie celebramus, que secundum legem &c. Sermo in Annuntiatione S. Mariæ. Init: Descendens angelus de cælo missus a patre deo &c. Sermo de cruce et passione domini. Init: Magnum est sacramentum crucis, nec est aliquid hoc sacramento sanctius &c. Sermo de Resurrectione domini. Init: Non queo fratres karissimi, quod mente con-*

*cipio, ore proferre &c. Ex omnibus his solum secundum, olim Augustino tributum, reperi a Maurianis in Append. T. V. repositum, ubi inter Caesarianos est n. CXVI. sed neque reliqui merito his inferiores sunt.*

## DCCLXVIII.

Codex membraneus germ. R. 2056 Sec. XIII. Folior. nunc. 43. 4. *Homiliarium* est, non una manu, probe tamen exaratum et rubricis distinctum, cuius Sermones ita, ut se excipiunt, indicabo: *In Pascha. In Octava Paschæ. In Romana Letania. Philippi et Jacobi. Des Cruce (Inven. Crucis). In Circumcisione domini. In epyphania domini nostri. Dom. in Septuagesima. Sermo in Quadragesima. In annunciat. domini. In septuagesima. In Sexagesima. In Quinquagesima. Feria Quarta in capite Feiunii. Dominica in Quadragesima. Dom. in Quadrag. II. Dom. III. in Quadrag. In media Quadrag. Domin. Dom. in passione domini. Dominica in palmis. In Adventu. Fides Katholica cum Indulgentia, et Commemoratione uiuorum et defunctorum. De S. Andrea. De S. Nycolao. In Natiuitate. Stephani. Sermo habitus 4. Julii. De S. Margareta. De Poenitentia Theophili Vicedomini. Dom. III. post Pentec. Dom. IV. Dom. V. Hic abrumpitur Codex, qui, ut ex hoc Indice patet, temere compactus est, et pluribus hinc inde foliis multatus, quod, cum propter observationes quasdam liturgicas, tum pro-*

1851

C O D I C E S

1852

pter ipsum Teutonismum sane dolendum. Dixi Sermonem habitum 4. Julii. Est is fol. 38. absque titulo; quoniam autem usum testatur commonefaciendi Plebem de Festis SS. per Hebdomaden occurfuris, descriptum dabo. *Min uil lieben. Want wir grozlich wider gotes hulden haben getan, als S. Paulus da sprichet. In multis enim peccauimus omnes. Wir haben alle, sprichet er, uil gesuntet, darumbe sculn wir in dez ze allen citen pblegen, daz er sib gnädiclich uber uns erbarme. Darzuo haben wir groze hilfe an den beligen, der tult wir in dirre wochen begen. Wir begen des tages (4. Jul.) S. Vlrichn tult, der pischolf was ze auspurg, der mit sinem beliclichem leben in dirre werlt daz verdienet hat. daz er daz ewige lon enphangen hat, und der uns mit sinem beligem gebet wol gehelfen mach. Den ruofet an desselben tages umbe iwer not unde aller cristenheit not. Dar nah enphele ioh uil inniclichen dem guoten S. Nicolae, des tult an dem tage ist, daz er erhaben wart. (Quae haec Nicolai Translatio?) Der ist ein not helfare, nu pittet in uil ulizlichen ube alle iwer angiste unde umbe alle iwer not. Si de miraculis eius aliqua dicere uolueris, habes supra ante Natiuitatem domini. Wir begen ovb in dirre wochen S. Kilianes tult. (8. Jul.) der mit sinen gefellen grozlichen durch got unde durch daz reht gemarteret wart. Pittet got, daz er uns sin laze geniezen durh die martere, die er durh in erlitten babe. Pittet ovb den guten S. Wil-*

*libalt, des tult wir an den tage (7. Jul.) begen, umbe alle die angiste, die in der beligen cristenheit si, der ze eisteten pischolf, unde got in dirre werlt mit gæifflicher lere unde beliclichem leben so gedienet, daz er uns wol gefrumen mach. Wir begen ovb des tages (10. Jul.) siben martirare tult, die alle einer frowen chint waren S. Felicitatis. Die wurden alle eines tages mit misslichen wizen gemartiret, unde uerburn ditze zergænclich leben durh daz ewige lon. Die ruofet des tages, swa ir sit, uil inniclichen an, unde pittet got, daz er ioh ir laze geniezen an dem libe unde an der sele. Vix abstinere a describenda etiam Professione Fidei, quae fol. 32. incipit: *Ih widersage dem tieuel, unde allen sinen gecierden, unde allen sinen gespensten &c. et ad cuius calcem monetur: Hanc catholicam fidem sepius in festiuitatibus dicere debes, et si sit festiuitas, quod ad corpus domini aliqui accedere uelint, confessionem subiunge ita dicens: Min uil lieben, nu habet ir iuern gelouben gesprochen &c. Confessionem, cuius non nisi extrema supersunt, excipit Absolutio five Indulgentia in haec uerba: Ware riwe unde waren antlaz aller iwer sunten die geb iu der heilige crist durh sner martere. Sequuntur pulcrae Preces pro Vivis et Defunctis, inter priores pro Peregrinis: die sib verellentet haben durh daz gotes lon uber mér, older binze S. Jacob, older binze S. Nicolae, older swar si durh got geuarn sin; inter posteriores: Ge-**

*den-*

1853

H O M I L E T I C I.

1854

denchet unfer bußgenozen, die w-  
lichen uerscheiden sint, Maister  
gumperhtes, unde meister wize-  
perb &c. In uniuersum magni pre-  
tiii mihi hoc priscae Pietatis et Lin-  
guae nostrae Monumentum uidetur.

## DCCLXIX.

R. 223 Codex chartaceus lat. Sec.  
XV. ineuntis Folior. 188. 4. cur-  
rente calamo scriptus et minio di-  
stinctus continet: I. *Modum proce-  
dendi in sermones de sacramento  
corporis domini.* Orta est jam olim  
haec Inscriptio e primis Prooe-  
mii uerbis: *De sacrosancto corpo-  
ris domini locuturi sacramento pro-  
ponimus donante deo procedere tali  
modo &c.* Atque hoc Prooemium  
deesse in Edit. Rom. 1570. Opp.  
S. *Thomae Aquin.* T. XVII. p.  
43. jam Vol. I. quo plura retuli-  
mus horum de Eucharistia Sermo-  
num Exempla, diximus, licet in  
pluribus Mfs. et in uetusta a. 1472.  
edit. in f. quam *Arnoldi ther Ho-  
ernen Colon.* credimus, habeatur.  
Habetur uero etiam, postquam  
Praedicatoribus uisum est, dictos  
Sermones a Discipulo ad Magi-  
strum, uidelicet *Albertum M.*  
transferre, in hujus edit. *Lugd.*  
1651. T. XII. p. 247. f. Sermo-  
nes numero XXXII. licet in *Co-  
dice* paullo aliter diuisi sint, maxi-  
mam partem Thema habent: *Ve-  
nite, comedite panem meum &c.*  
*Prov. 9.* ut jam alibi dictum est.  
In *Codice* adscriptus est extrava-  
gans in illud: *Nisi manducaveritis  
carnem filii hominis &c.* *Job. 6.* de  
Proprietatibus Hostiae.

II. fol. 57. p. 2. *Incipit genea-  
logia gloriose uirginis marie per  
fratrem thomam de diuersis sancto-  
rum patrum dictis compilata.* Initi-  
um: *Sancta et superlaudabilis sem-  
per uirgo dei genitrix maria ab e-  
terno preuisa consilio dei predesti-  
nata, de diuersis ymaginibus et ser-  
monibus prophetarum per spiritum  
sanctum significata &c.* Non Pa-  
trum modo dicta, sed apocryphas  
etiam traditiones de Parentibus  
*Mariae*, de Nuptiis *Johannis E-  
uang.* &c. sequitur, quin et Com-  
mercium epistolicum *Ignatii, Mi-  
riae* et *Johannis* inferit. Titulus  
postremus est de *Glorificatione ma-  
tris domini ex Mellicio*, dic *Me-  
litone* spurio. Quis uero *Thomas*  
noster? Nescio, nisi *Thomas de  
Hales* sit *Anglus* Ord. Min. qui  
circa a. 1340. floruit, et Librum  
unum de *B. V. M.* ut *Baleus, Pit-  
seus, Tannerus, Waddingus*, vel  
*Vitam B. V. M.* ut *Gesnerus* tra-  
dit, reliquit, certe rarissimam.

III. fol. 73. *Incipiunt sententie  
Alexandri.* Brevissima Quaesita et  
Responfa lecta e *Scriptis Alex. de  
Hales* seu *Alensis* O. M. pariter  
*Angli* Doctoris irrefragabilis ✠  
*Parisiis* 1245. Ineunt: *Hec est dif-  
ferentia inter amorem dilectionem  
et caritatem, quod amor est natu-  
re, dilectio uoluntatis, caritas gra-  
tie &c.*

III. fol. 74. p. 2. *Sermones*  
multi uel potius *Adparatus homi-  
leticus* de Festis Domini et prae-  
cipue *B. V. Mariae.* Primus est  
*Sermo de Passione Domini* in illud:  
*Inclinato capite emisit spiritum  
Joh. 19.* hoc initio: *Vt passionem  
domini*